

Johannes Czastolowsky

**Exoptatus e Caliginosa Papalis Coecitatis Regione in Claram Evangelicae  
Veritatis Patriam Reditus Filii Perditi Johannis Czastolowsky Sakoltza Hungari,  
qui per Monachorum plagium invitis & reclamantibus Parentibus Evangelicis,  
sub stratagemate spatiationis, anno supra millesimum Sexcentesimo  
Septuagesimo nono, Hradistium Moraviae Fortalitium translatus, ... & novo indito  
nomine Bonaventura Josephus ... nuncupatus. Occasione vero vicini Terroris  
Turcici ... mutata sententia Wittenbergam pertingens, erroribus Papisticis in  
perpetuum damnatis ... Die [ ] Octobris Anno MDCXXCIII.**

Wittenberga: Henckelius, 1683

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn766147509>

Druck Freier Zugang





16p  
a - P  
12p

F. f - 1277<sup>1-3.</sup>





J. N. J.  
EXOPTATUS  
e  
Caliginosâ Papalis Cœcitatis Regione  
in  
Claram Evangelice Veritatis Patriam  
REDITUS  
FILII PERDITI  
JOHANNISZASTO-  
LOWSKY  
SAKOLTZA HUNGARI,

Qui per Monachorum plagium invitatis & reclamantibus Parentibus Evangelicis, sub stratagemate spatiationis, anno supra millesimum Sexcentesimo Septuagesimo nono, Hradistium Moravie Fortalitium translatus, Ordini Franciscanorum Reformatorum adscriptus,  
Cappa induitus, & novo indito  
nomine

# BONAVENTURA JOSEPHUS

*M. Phil. & Quatuor minorista  
nuncupatus.*

Occasione vero vicini Terroris Turcici, publico Superiorum ornatus Testimonio, Studii promovendi gratiâ, ubicunq; locorum, dicto in Ordine securè liceret, Die 12. Julii Anni currentis, bona venia è Claustro dimissus; Verum Spiritu bono duce, mutata sententia Wittenbergam, pertingens, erroribus Papisticis in perpetuum damnatis, Fidem Lutheranam Verè Catholicam sanctè est amplexus.

Die Octobris Anno cl<sup>o</sup> Icc XXCIII.

*WITTENBERGÆ,*  
Typis MATTHÆI HENCKELII, Academ. Typogr.

EXULTATIS  
Gloria populi tuae. Laudate regnum patrum  
RESTITUTUS  
Elli PERDITI  
JOHANNES ASTO  
LOWSKY  
SAKOLTA HUNGARI

Qui fecit misericordiam propriae iustitiae & letitiae  
debet remunimus. Namque si quis misericordiam debet  
restituere, non potest nisi de proprio. Hoc quod dicitur  
nullum est quod de proprio. Quod de misericordia Regis non potest  
dicitur, quod de proprio. Quod de misericordia Regis non potest  
dicitur, quod de proprio.

NON  
BONNENFESTA 30 SEPTEMBRIS  
M. CCCC. V. DECIMUS TERTIUS  
Gloria populi tuae. Laudate regnum patrum  
qui fecit misericordiam propriae iustitiae & letitiae  
debet remunimus. Namque si quis misericordiam debet  
restituere, non potest nisi de proprio. Hoc quod dicitur  
nullum est quod de proprio. Quod de misericordia Regis non potest  
dicitur, quod de proprio.

Die Octopris anno 1210 XCVII.  
TYP MATTIAE HENGELII. ROSTOCENSIS.

Elices vos, Rector Magnifice,

Patres, Proceresque Academiae Splendidissimi, Tuque florentissima Studiorum Corona, felices inquam quibus in Claro cœlestis veritatis lumine vivere haecenus licuit! Felix illa dies, quæ à cœtu errore separatum, vestro numero me aggregavit. Præ gaudio nimio gestio, nescioque unde in describenda felicitate mea incipere debeam, Vereor tamen & contremisco, cum considero Coronam tot Magnorum, Excellentissimorum, Nobilissimorumque Auditorum me cingentem: non arte combinatam & confestam ex Gemmis Marinis, sed ex illa gemma pretiosa; sudore vigiliis & innumeris laboribusq; contexta; Hæreo profecto lingua cespitante, voce tremente artibus obrigescientibus! redeo tamen ad me hoc fultus solatio: Sapientes scire compati debilioribus. Compatisimini ergo dicendis, favete linguae balbutienti, confirmate vocem, artus resolutos vestram, Auditores omnium ordinum dignissimi, consolidate humanitate singulare, obnixe à vobis peto atq; contendeo, filiumq; prodigum siliquis atq; furfuribus humanarum traditionum haecenus pastum, pane cœlestis veritatis, & reducem, amplexibus paternis dignemini. Spiritus ille veritatis à quo omnis promanaat veritas cunctaque bona procedunt, suppeditat mihi locum Scripturæ 6. apud Lucam. cap. 15. annotatum: Hominem scilicet quendam habuisse duos filios. Et dixisse juniores ex illis Patri: Pater, da mihi portionem substantiæ quæ me concernit. Et divisit ille substantiam. Et non post multos dies, congregatis omnibus, junior ille filius peregrè profectus est in regionem longinquam: & ibi dissipavit substantiam suam vivendo luxuriosè. Et postquam omnia consumpsisset, facta est famæ valida in regione illa, & ipse cœpit e-

A 2

gêre

gēre. Et abiit & adhæs̄e uni regionis illius: & misit illum in villam  
Iam, ut paſceret porcos. Et cuiebat implere vēntrem suum de-  
Siliqvis qvas porci mandicabant & nō illi dabant. In se autem re-  
versus, dixit: Qyanti mercenarii in domo Patris miei abundant pa-  
nibus: ego autem hic fame p̄ereo: Surgam & ibo ad patrem meum,  
& dicam ei: Pater, peccavi in Cœlum & coram te, jam non sum di-  
gnus vocari filius tuus: fac me sicut unum ex mercenariis tuis. Et  
sturgens venit ad Patrem suum: cūni autem adhuc longē esset,  
vidit illum Pater ipsius, & misericordia motus est, & accurrens  
cedidit super collum ejus & osculatus est eum. Dixitque ei fi-  
lius: Pater, peccavi in cœlum & coram te: jam non sum di-  
gnus vocari filius tuus. Dixit autem pater ad servos suos: Ci-  
to proferte Stolam primam, & induite illum, & date annulum in-  
manum ejus, & calceamenta in pedes ejus: Et adducite vitulum sagi-  
natur, & occidite & mandueamus, & epulemur. Qyia hic filius mens  
mortuus erat, & revixit, perierat & inventus est. Et cœperunt epulati.  
En ego filius prodigus! qvi accepto patrimonio cœlesti; id est fi-  
de verâ Evangelicâ, utpote ex parentibus Evangelicis natus, & in  
verâ religione enutritus & institutus sum, peregrè postea profe-  
ctus in regionem longinquam, id est Papatum, & ibi dissipavi  
patrimonium meum, vivendo luxuriosè, non servando fidem.  
Sponsò meo Christo Jesu, sed Sanctos invocando, figmentis i-  
psorum consentiendo. Non enim qyenqvam latet, qvanta &  
qvalia figmenta, lucernâ verbī DEI spretâ erronei illi homines  
invehunt. D E O tamen immortali gratiæ agenda sunt; qvi  
me liberans tenebris, luci suæ rursum restituerit. Figmenta porro  
religionum papalium hæc ferè sunt: primum innumerabiles  
Monachorum copiæ Augustinianorum, Cisterciensium, Præmon-  
stratensium, Benedictinorum, Paulinorum, Paulanorum, Calma-  
duensi, Bernardinorum, Carmelitarum, Capucinorum Car-  
thusianorum, Reformatorum, Franciscanorum, Strictioris, obfer-  
vantia, qvibus quoque tres Annos & Octo Menses addictus fui,  
Tertiiorum; Fratrum Misericordiæ, Piarum Scholarum; qvo-  
rum ordines singuli proprias habent, & ab aliis separatas, cu-  
cul.

fullatarum togarum formas, variis coloribus distinctas : Singuli proprias ac diversas Deorum suorum calendorum, atque (ut aperte loqvuntur) religionis sua prescriptas formulas ritus atque statuta longe ab aliis Ordinibus dissimilia. Eortim autem tanta multitudo est, ut in Europa nostra facile excurrere numerus putetur, ad millia octingenta, cuius rei non difficilis conjectura est, nam Franciscanorum Secta, usque adeo per universum orbem dispersa est, ut Sexaginta provincias obtinuerit, & sub qualibet Conventus ad minimum octodecim, custodias 50. & sub qualibet 6. vel 7. conventus, in aliquo autem Conventu manent 100. personae; hoc anno auditum est quod Generalis ipsorum obtulit papae 40000. hominum, qui bellicia munera graviter obire possent: nihil sacrorum cultu interpellato. Deinde commenta sunt miraculorum & doctrinarum adeo fabulosa, ut jam plerosq; illorum tantae stultitiae non modo pugeat, verum etiam pudeat. Examinando accuratius Professionem Romano-Pontificiam & Praecepta Decalogi, invenimus hoc, Pontificii qui dicunt quod Praecepta divina omnia servatu sint facilia, ne unum quidem servant. Quidam Praeceptum primum: Non habebis Deos alienos coram me. Pontificii vero loco unitis, multos, eosque infinitos Deos sibi fixerunt. In lucem prodeat pervulgatum illud oraculum, quod ex libro Conformatum (fol. 228.) Franciscanartim, passim in Ecclesia Romana receptum atque approbatum esse docebimus. Franciscum Petri Bernardonis filium, in extasi cum Christo commissum, atque compositum totidem plagiis ac stigmatibus, iisdemque in locis a Christo compunctum fuisse, quod Christus in cruce pendens affectus fuerat: ob eamque causam eum appellari Jesum Typicum: hoc est, quasi Iesu crucifixi antitypum, & quemadmodum character in cerasignum imprimit, ita Christus sua in Francisci corpore vulnera impressit: quemadmodum Jesus Christus est imago Patris, ita Franciscus sit imago Christi: denique ut Christus in Francisci corpore tanquam imago in speculo appareat. Unde illud in eiusdem libri fronte nefarium atque abominandum crimen:

Prac. I.

A 3

FRAN-

Francisce JESU TYPICE, dux normaque  
Minorum,  
Sedes nobis perpetuè da regni cælorum.

Jam verò ut qvivis intelligat, eujusmodi Stigmatisatio illa fuerit, qvam Ecclesia Romana credi ab omnibus fidelibus statuit, opere pretium est, verba ipsa scriptoris adducere: sive potius monachi Papa Sixti, qvi publicam illi Scriptori fidem atqve auctoritatem adjungi statuit. Nol solum, inquit (folio 228.) manus & pedes fuerunt perforati, sed conclavati, ita qvod clavi in eis apparuerunt, deinde clavorum capita erant nigræ cum tamen carni vel nérvis similes esse deberent, ex qvibus facti erant: Tertiò capita clavorum erant oblonga & repercussa, cum tamen martellus nec ietus affuerit. Quartò in loco ossoso & non molli stigmata sunt impressa. Quinto licet clavi essent carnei, vel nervei, ad instar ramen ferri erant duri, fortes & solidi. Sextò ipsi clavi non erant breves, solum acumina habentes, seu capita: sed erant longi ad partem aliam resultantes. Septimò clavi non stabant ex parte alia longi, sed recurvati, sic ut digitus intra recurvationem arcualem ipsorum inmitti valeret. Octavò cum clavi essent facti ex carne, vel nervis, & ex utraqve parte pedum & manuum resultante, & excederent, profecto non erant nec pedes, nec manus deformatae, vel contractæ. Nonò clavi erant circumqvaqe à carne alia separati, ut petiæ circumcirca ponerentur, propter sanguinis restrictionem. Decimò clavi movebantur, & tamen à manibus nec à pedibus removeri poterant licet Beata Clara & alii hoc facere attentassent. Undecimò cicatrices clavorum & lateris per tantum tempus non sunt putrefactæ, scilicet per duos annos & ultra. Duodecimò vulnus laterale erat ad instar vulneris lateris Christi. Insuper miraculum erat, qvomodo Beatus Franciscus, cum maximum haberet dolorem ex apertione corporis in qvinqe locis, vide-licet manibus, pedibus, & latere, & sanguis jugiter à locis prædictis emanaret, potuerit per tantum tempus vivere, scilicet post bien-

biennium quod supervixit à stigmatum susceptione. Et in alio  
loco in eodem libro scribunt, quod post mortem Francisci, quis-  
dam Frater audivit Christum Dominum cum Francisco loquen-  
tem, in hæc verba t Francisce, siquidem vita tua, fuit conformis  
vitæ meæ, & mors tua, conformis morti meæ, volo ut sis mihi  
conformis & post mortem. O bone JESU! quis est, cum ista  
potenta verborum audit, qui non toto corpore perhorrescat?  
Nam quid aliud est populo ista pro concione tradere,  
quam Franciscum Deum corporatum facere, eumque Christiano  
populo adorandum proponere? Quid aliud est conforma-  
ti Christo Domino in vita nisi sine peccato vivere? Cum tamen:  
Omnes sunt peccato obnoxii, non est justus, ne unus quidem:  
totus mundus (proprie peccatum) est obnoxius DEO, teste  
gentium Doctore Paulo. Nonne conformati Christo Domino  
in morte est genus humanum redimere? quomodo ergo Fran-  
ciscus totum genus humanum redemit cum iam per mortem  
Christi Domini redemptum est? Et non est in alio salus nisi in  
Christo Jesu, passim sacris literis id asseverantibus, ergo non in  
Francisco. Conformati vero post mortem Christo Domino,  
quid aliud est, quam superatis vinculis mortis, descendere ad  
Inferos & ibi prædicare damnatis, sicuti de Magistro suo tradidit,  
non summus Apostolorum princeps, sed Conpresbyter, sicque  
tertia die à mortuis resurgere, ad Cœlos ascendere, ad dextram  
Patris considerare, omniaque in cœlo & in terra potenter regere  
& gubernare. Qvis vero talia de Francisco asseverat præsumet?  
Audi Calumniator stolidi quid Deus dicit Propheta ille (qui  
talia prophetat) aut fictor somniorum, interficietur: quia lo-  
catus est ut vos averteret à Domino DEO vestro. Præceptum  
2. Non assumes nomen Domini DEI tui in vanum. Peccant  
contra hoc, dum à Monachis & Monialibus juramentum per-  
petuæ castitatis exigunt, cum ne millenus quidem ex illis dono  
continentiae sit prædictus. Insuper instituunt benedictiones  
Candalarum, Herbarum, Salis, Aquæ, Olei, Frumenti & alia-  
rum rerum, ubi nomen Dei prophanatur. Præceptum 3. Me-  
mento ut diem Sabbathi Sanctifices. Contra istud peccant, cum  
sanctum

Rom. 3,9.

Deut. 13,1ff.

Præc. II.

Præc. III.

*Præc. IV.*

*Matt. 23.*

*Præcept. V.*

sanctum diem illum, non in audiendo verbo DEI, non in contemplationibus sacris, sed in saltu, potionibus, rixis & contentionibus insumunt; & loco concionis processiones Comœdias, ceremonias & alias nugas instituunt: notam facio H̄tradistensium, Jesuitarum cum Franciscanis rixam, dum Franciscanus die Domini hora secunda pomeridiana Zelo aliquo speciali ductus concionem instituere populo voluit; Jesuita ut Auditorium ejus avertire posset nugatoriam processionem de sancto Gregorio instituit, & sic nugator fabulatorum impedivit. Præcep. 4. Honora patrem tuum & matrem tuam, ut sis longeyus super terram. Enucleare volo quid sub isto præcepto lateat. Vociferantur Pseudoprophetæ illi, percaleatum perge Patrem, percalcatam perge Matrem, ad vexillum avola id est ad vota Monastica. Veteratores siccine juventutem instruitis honorare parentes? hoccine est implere præceptum quartum? Statuta quidem habetis, ut sine scitu & voluntate Parentum nullus suscipiatur ad ordinem, at ego pià fraude, præfigo que, si Diis ita placet religioso, charis iniqve insciis subtractus sum parentibus, irritis lacrymis, re cognitâ me repetentibus. Væ vobis monachi hypocritæ: qui clauditis regnum cœlorum ante homines: vos enim non intratis, nec introeentes finitis intrare. Væ vobis Monachi hypocritæ: quia circuitis mare & aridam, ut faciatis unum proselytum: & cum fuerit factus, faciatis eum filium gehennæ duplo quam vos. Duces cœci excolantes culicem, videndo peccantes alios imponitis penitentias magnas, cum autem inter vos aliquis peccat fragilitati humanæ adscribitis, camelum deglutiens. Insuper prohibetis cum parentibus & amicis colloqui, cuius rei vel mea infelix documento esse potest experientia. Cum enim innotuisset ablatam in Clauistro esse prædam, afflictus parens, desiderio videnti me ductus, quatuor Sakolzâ H̄radistium emensus est milliaria, tantum vero absuit ut quod surriperant latrones restituerent possessori peculium, ut vix die demum sequenti exiguum videnti me copiam ejulanti concederent. Hic sanè est honor præcepto quarto debitus, àqvè sanctissimo Numine liberis sedulò junctus, Præc. 5. Non occides. Sed hæc, dicet fortasse qvispiam,

piam, verborum tantum impietas & blasphemia est. Facta igitur Papatus impia & nefaria è multis pauca quasi exempli causa proferam. Imperator Henricus tertius (inquit Beno Cardinalis) solitus erat freqventer ire ad Orationem, ad Ecclesiam Sanctæ Mariæ, quæ est in monte Aventino: Hildebrandus autem qui postea Papa factus, Gregorius Septimus appellatus, cum per exploratores suos in omnia ejus opera sollicitè inquireret, locum in quo frequentius Imperator orabat, notari fecit: & quendam promissa pecunia ad hoc induxit, ut supra trabes Ecclesiæ occulte lapides magnos collocaret, & ita aptareret, ut de alto supra caput orantis demitteret, & ipsum contereret, Qvod minister tanti sceleris cum festinaret implere, & lapidem magni ponderis super trabes aptare vellet, lapis pondere suo eum traxit: & fracta sub trabibus tabula, & lapis, & ille miser homo Dei judicio in pavimentum. Ecclesiæ cecidit, & eodem lapide penitus contritus est. En destabilem Papæ impietatem, qui neque loci in quo Imperator orabat, & quem Papa sacrum sibi esse proficitur, neque temporis quo idem orabat, rationem habens, sed coeo furori atque amenitatem suæ serviens, Imperatori ac principi suo perniciem molitus est. Quid dicam de Patria mea Hungaria? qvot millia hominum per sceleratas Cleri manus sunt imperfecta? Apud ipsos enim & in Monasteriis defenduntur homicide, & qvidem Asylum suum habent, hos alunt, justos autem & pios injuriis afficiunt, non miror qvidem, quia similis simili gaudet. Præc. 6. Non Præc. VI. mœchaberis. Hic ferè plurima essent dicenda, paucis tamen concludam, cum quæ essent proferenda, proferre erubesco, nota tamen facio verba Erasmi in Caput 19. Matth. scortari licet, uxorem ducere non licet, si profitentur Concubinam sunt Catholici Sacerdotes, sin uxorem dici malint, in ignem conjiciuntur. Præceptum VII. Non furtum facies. Contra istud peccant, qvoniā apud illos furtū & fraudes excusantur. Ita Maldonatus in sum. qv. 8. art. 3. Pauperes non faciunt furtū, cum, pressi extrema necessitate, rem alienam capiunt, At qvid de Pontifice Romano dicendum, qui magnam Imperii partem ad se rapuit, summos in Ecclesia & Politia honores, qui ipsum non concernunt,

B

per

Præc. VII.

*Præc. VIII.*

per violentiam ad se transtulit, supremum in omnia regna jus, & imperium, ab uno ad alium ea transferendi, sibi vendicat, indulgentias magno ære vendit, & multis modis Simoniam exercet. Taceo nefarium illud Sacrilegium, quo calix benedictus Laius subtrahitur; Non commerabo fraudes planè Satanicas, quibus hæreditates opulentissimas ad se pertrahunt, liberos contra parentum voluntatem in claustra rapiendo. quale in me exhibuerunt artificium, sudoremque paternum in proprium converterunt commodum. *Præc. 8.* Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium. Restat ut de crimine falso quam brevissimè fieri poterit disseram, Cum autem hujus sceleris undiquevaque permulta testimonia suppetant, tum præcipue ex pontificali decreto Gratiani, quod hujus generis corruptelis & falsitatibus redundat. Ex quibus unum tantum, quasi exempli loco delibabo, & quidem instrumentum illud donationis Constantini, quo Papa donatam sibi ab illo Imperatore urbem Romam, itemque Italiam, Siciliam, Sardiniam, Hispaniam, Germaniam & Britanniam contendit dist. 96. capite Constantinus: & plenius apud Bartholomaeum Picernum, & Augustinum Steuchum, qui Instrumentum illud Romæ in Bibliotheca Papæ, Graeca lingua scriptum repertum esse affirmaverunt, Latinèque ab se conversum ediderunt. Cujus hæc summa est: Imperator Constantinus Christianorum hostis, lepra morbo affectus in somnis a Petro & Paulo Apostolis admonitus, ut se Sylvestro Papæ Romano purgandum traderet, confessim ab illo baptizatus atque sanatus, tanti beneficii remunerandi causa donavit eidem Sylvestro, ejusque successoribus urbem Romam, totumque Occidentis imperium: simul coronam suam auream & sceptrum, & reliqua Imperatoria insignia, ut majorem dignitatem Papa Romanus haberet, quam ipse Imperator. Simul imprecatur suis successoribus usque ad finem mundi, concremationem in inferno inferiore, cum Diabolo & impiis, nisi eam donationem ratam habeant & observent. Datum Romæ 3. Kal. April. Hoc igitur instrumentum, quo solo Paparum Dominatus sustinetur, falsum, fictum, ementitum, atque a Papa nescio quo, perinde ut liber Conformatum subiectum est.

*Præc-*

Præc. 9. Non concupisces domum proximi tui. 10. Non de- *Præc. IX. & X.*  
siderabis uxorem ejus, non servum, non ancillam, non bovem, non  
asinum, nec omnia quæ illius sunt. Concupivit Papa magnam  
Domum Hungariæ, uti testimoniū extat ex libris Steuchi Bi-  
bliothecarii, pag. 186. Gregorius Servus servorum Dei dilecto  
filio Salomonī, Regi Hungariæ Salutem. Sicut à majoribus Pa-  
triæ tuæ cognoscere potes, Regnum Hungariæ sacro-sanctæ Ro-  
manæ Ecclesiæ proprium est. à rege Stephano olim Beato Petro,  
cum omni jure ac potestate sua oblatum, & devote traditum. Et  
mox idem Gregorius ad Geusam Hungariæ Regem; Notum  
tibi esse credimus, Regnum Hungariæ, sicut & alia nobilissima  
Regna, in propriæ libertatis statu debere esse, & nulli Regi alte-  
rius Regni subjici, nisi sanctæ & universalī matri, Ecclesiæ Ro-  
manæ. Concupivit Regnum Poloniæ uti scribit Albertus Grantz  
in Wand, lib. 8. cap. 2. Regnum Rusciae, uti testatur Steuchus lib.  
citato, pag. 109. Concupiverunt & Esaw itæ illam domum Hun-  
garici regni, & totam perturbarunt, ultimatum autem soli ex ipso  
exturbabuntur, qvod concedat Deus omnipotens per filium suum  
unigenitum Christum Jesum. Hæc de decem præceptis Dei;  
ubi apparet qvomodo servent omnia, imò qvomodo servare pos-  
sint, cum centesimus illa vix queat recitare: nec etiam novit, à  
qvo vel cui sunt tradita. Plura restarent dicenda de Oratione  
Dominica, & Symbolo Apostolico, & de Septem Sacramentis  
ipsorum, quæ omnia omitto, cum his recensendis non unica, quæ  
mihi concessa est hora, sed ne quidem integra dies sufficeret. Ne  
itaque longius excrescat Oratio, Auditores Academicci, ad textum  
à qvo digressus sum, me converto, Et facta est, pergit Sanctus E-  
vangelista, famē valida in regione illa; non est quidem apud Pa-  
pias famē panis, cum vix Comites tam rara, tamque delicata-  
fercula habent, qualia in Franciscanorum reperiuntur Monaste-  
riis; famē vero fuit verbi Dei, cum illius loco fabulæ commentati-  
æ proponerentur in concionibus, famē observantiae præcepto-  
rum DEI, siquidem omnia inverso ordine fiunt. Et ego proh  
dolor! coepi egere cupiens impleri siliqvis qvas porci mandu-  
cabant ( scil. una concione, quam spernunt aliqui dicentes: ego

ipsem et talem concionem possum producere & nemo mihi da-  
bat caruit enim sicut & hucusque caret regio haec ( scilicet Mora-  
via ) Ministris verbi DEI , licet non sit destituta gregibus vanis-  
simorum fabulatorum . Hic in me reversus dixi : Qvanti merce-  
narii in domo Patris mei abundant panibus , ego autem hic fame-  
pereo : Surgam & ibo ad Patrem meum , & dicam ei : Pater , pec-  
cavi in cœlum & coram te : fateor culpam meam , & licet sen-  
tiam ignita Diaboli spicula , in corde meo trepidans , nihil tamen  
negotii mihi cum Satana est , siquidem tibi justissime , nec non  
clementissime , Pater in cœlis , non Satanæ peccavi ; converto ita-  
que me poenitenti corde ad te ô Pater cœlestis , & dico cum Davi-  
de , tibi soli peccavi & malum eoram te feci , cor meum damnat  
me , usque adeo tremit , pavet & palpitat , sed tu potentior es cor-  
de meo , & nosti omnia , imò qvò magis me cor meum damnat ,  
eo majorem scio me libertatem habere loqvendi ad te DEum pa-  
trem ac Dominum meum . Ego ego ô Pater cœlestis peccavi , i-  
deo non possum cum Adamo vel Eva culpam transferre in alios ,  
sed ego ipse peccavi , ego ipse temporali & æterna morte dignus  
sum , meritò itaque sollicitus sum de meis peccatis , iniquitatem  
meam annunciaro , & de Patratis meis dolebo . Non sum dignus  
vocari filius tuus , fac me sicut unum de mercenariis tuis . Et  
surgens ivi ( per poenitentiam ) ad Patrem meum : cum autem  
adhuc longè essem , vidi me Pater meus , oculo suæ Benignitatis ,  
ad quem corde sincero & contrito redeo , misericordia motus est ,  
& osculatus est me osculo salutis . Ego autem dixi ad eum : Pa-  
ter , peccavi in cœlum & coram te : ad bona opera mea provoca-  
re non possum , sed peccator sum & insignis peccator , benefacta  
qvæ mihi patrocinentur habeo nulla , ex omni parte sceleribus vul-  
neratus sum : iniquitatum fluctibus circumvolvorum , video vitio-  
rum meorum maria , si gloriari fas est , non de justitia sed de sce-  
leribus gloriarer . Tu autem ô Judex perspicacissime , quam de-  
fastuoso tulisti Pharisæo , ne de me peccatore , ad pedes tuae pro-  
strato clementiae feras sententiam , ne me à tua projicias facie ;  
sed sicut monstro ego vulnera , sic tu sana , ut ego culpam dete-  
go , sic tu tege , aperui ut tu operias . Ecce pater ait ad servos  
tuos

Psal. st. 6.

Ps. 38. 20.

suos Ministros Ecclesiae: Cito proferte Stolam primam innocentiae quam in Baptismo suscepit, fidem jurando Christo Iesu, & Satanæ abrenuntiando, & induite illum, & date annulum fidei in manus ejus, copuleturque cum Ecclesia vicissim, & calceamentum in pedes ejus: Adferri jubens non Vitulum saginatum, sed agnum immaculatum Christum Iesum, qui propitiatio est pro peccatis meis; non pro meis autem tantum, sed etiam pro toto iunctius mundi. Legitur in Romanorum gestis, quando ipsi cum adversariis pacem inire vellent, concenderunt cum iis montem altissimum, ducebantque secum agnum mansuetissimum, qui coram tota multitudine occisus est, & sanguine ejus conspergebantur, in signum, quod imposterum adinstar Agni mansuetissimi in pace, & charitate manere velint, qui autem vinculum pacis rumperet vellet. sicut agnus ille morti tradendus esset. Magnum genus humanum per inobedientiam primorum parentum soluto pacis vinculo bellum DEO indixerat, uti testatur Regius Psaltes : *Pf. 36. 14.*

Gladium evaginaverunt peccatores, intenderunt arcum contra creatorum suum. Iratusque est valde Deus homini, quod præcognoscens David in Spiritu exclamavit. Nunquid in æternum irasceris nobis? aut extendes iram tuam à generatione in generationem? Equidem non quievisset ira ejus, si non fuisset placatus, per unigenitum filium suum, qui totius generis humani peccata assumptus & satisfactionem promisit, & in temporis plenitudine præstítit: unde deposita ira, locutus est Deus pater ad filium verbis propheticis: Requiescat indignatio mea in te, & quiescam, nec erascat amplius, totius mundi peccata reponam super humeros tuos, cum homine vero pacem inibó. Ad confirmationem vero hujus pacis, institutus fuit mons calvariae, quem concenderunt simul Deus & homo; adductusque est Agnus mansuetissimus Christus Iesus, de quo Isaías: Quasi ovis ad occisionem ducetur, & quasi Agnus coram tondente se obmutescet, & non aperiet os suum. Hic coram tota multitudine occisus est, in ara crucis, cuius sanguine nos omnes conspersi & redempti sumus, in signum perpetuae pacis. Hunc ergo Agnum adferri jubet, Pater Coelestis, per Ministros suos, Pastores Ecclesiae, omnes

*1. Job. 2. 2.*

*Pf. 36. 14.*

*Pf. 84. 6.*

*Ezech. 16. 42.*

*Ezai 53. 7.*

mnesque ad gaudium concitat, manducemus & epulemur: Qvia  
hic filius meus, mortuus erat in fide, & revixit, perierat in Ani-  
ma & inventus est. Jam ad vos me convento Academicici Au-  
ditores! Audivistis omnino meam revocatoriam orationem,  
intellexistis ex ea, me ante annos quatuor ex numero fidelium,  
prolapsum fuisse, recto destitutus judicio, accesserat quoque Pa-  
triæ meæ Hungariæ deploranda miseria, qvæ veris Ecclesiæ Scho-  
larumqve Ministri, qvi errori obnoxiam oviculam ad rectum de-  
duxissent tramitem carebat, à Franciscanis, per præ sagium paren-  
tibus piis eruptus fraudulenterque in castra eorum omni impieta-  
te refertissima pellectus sum. Ignoscite erranti, non respicite  
demerita & excessus meos, sed me ex animo poenitentem, & serio  
papismò renunciantem in societatem vestram, in numerumqve  
fratrum vestrorum clementissime admittite, ut sic una vobiscum  
ferventius in vera fide Evangelica altissimo famulari & animam  
meam salvare valeam. In qva fide verè Catholica, Orthodoxa  
& *Lutherana* Vivere, ad finem vitæ constanter perseve-  
rare, Mori, & coram Judice vivorum & mortuorum stare cupio.  
In qvo me adjuvet Sacro Sancta Trinitas, Pater & Filius &  
Spiritus Sanctus, Deus trinus in Personis u-  
nus verò in essentia. A.

**E**xulat è Claustris pietas, ast error apertus  
Impius in cunctos Sceptra tremenda tenet.  
**E**xulat è Claustris probitas, ast improbus omnis  
Successit mos & sceptra tremenda tenet.  
Hinc tibi displicuit pietas conficta & inanis,  
Degeneres mores, relligioqve mala,  
Ergò animæ meritò qvaris medicamina vera  
Hausta Dei è Sacro fonte, piâq; fide.  
Jam precor, ut Zelô constanti, & pectore forti  
Pergas, proqve Dei nomine cuncta feras.  
*Gratulatur, & perennem in veritate agnitâ confirmat  
tionem precatur*  
ABRAHAM CALOVIUS, D.  
Romam

**R**omam missus eras, Siren ut gutture dulci  
Atrox ingereret dogmata falsa tibi.  
**A**st scintilla micans flamas erupit in altas  
Ætate à tenerâ quam sine felle foves.  
**H**inc quæsivisti Romam, quæ nectare verò  
Numinis eterni te recreare valet.  
**J**am precor, ut Babilonis atrâ meretrice relicta  
In stadio curras hoc, studioque piò.  
**N**ec tribulatio te, gladius nec separat ullus  
A Jesu, nec crux, vita, pericla, famæ.

JOHANNES Deutschmann/D.

**A**ch wil zu meinem Vater gehn/  
Sprach vermahls der verlohne Sohn/  
Als er iest wieder zu sich kam: Ach Vater schon !  
Dis war sein heisser Grus.  
Er/werther Freund/ging auch auf falschem Wege/  
Allein weil rechi aus Zwang Er wandert diese Siege/  
So war der Rückgang desto ehe verziche.  
Gott geb daß dieses Wiederkehren /  
Gereichen mag zu seinen Ehren.

Dieses wünschet  
M. Gottlieb Eckstein/  
Fac. Phil. Adjunct.

**H**ungara mens generosa Tibi, quæ spernit iniqua  
Rasorum stolidijure statuta gregis.  
Haec animo pariter fortis sprevere Boëmî  
Majores, linqvunt arva domusque suas.  
Quos tamen hospitio exceptit tunc florida tellus  
Pannonia, quam nunc tristia fata premunt.  
Majorum claras virtutes ritè seqvendo,  
Te quoque majorum præmia digna manent.  
Non Tibi lauta quidem Claustri nunc ferula si gas,  
Urgens cum Christo sape ferenda famæ.

Qvod

**Q**uod tamen hance dedit Numen sanctam Tibi mentem,  
De victu credas id quoque prospiciet.  
**T**u constans esto, Satanæ tentamina vincas;  
Fidentes nescit deseruisse Deus.  
**S**uscitetur interea Patronos Numen ab alto,  
Defectusque tuos suppleat atque juvet.

*Sic reducem ex dura captivitate Babylo-  
niis in veram Tzionis libertatem Fau-  
torem & popularem dilectum salvare  
jubet Musa*

**M. GEORGII MICHAELIS, Hung.**  
S.S. Theol. St.

**F**ata rotant cunctos: in multis labimur omnes,  
Hæc est humani conditio genii.  
Instruit insidias nobis caro, Plutus & Orbis  
Est tribus his totâ janua pando die  
Est tamen in cœlis, qui cuncta tuetur IESUS,  
Eqve suos medio mortis agone rapit  
Te, CZASTOLOWSKI. per tesqua reciproca duxit,  
Ad verae fidei rite reduxit humum.  
Hic ubi Claustrorum rides tristurria, Christum  
Laudas, virtutum Symbola rara parans.  
Vidi jactatos vario tentamine justos,  
Sed vidi nullos destituisse DEum.

**DANIEL KERMANNUS, Tren. Hung.**  
S.S. Th. & Phil. Stud.

**P**aupertas tibi non placuit confita, labore  
Quæ fruitur vidue, devorat atque domos.  
Hinc magis arrident tibi puri dogmata verbi,  
Atque Salus animæ. Nunc bene vive DEO!  
**MICHAEL Stromppff/Filcav. Hung.**  
S. S. Theol. & Phil. Stud.











**R**omam missus eras, Siren ut guttu  
Atrox ingereret dogmata fal  
Ast scintilla micans flamas erupit  
Et ate à tenerà quam sine felle fe  
Hinc quæsvisti Romam, quæ nectare  
Numinis aeterni te recreare val  
Jam precor, ut Babylonis utrā mererit  
In stadio curras hōc, studioque p  
Nec tribulatio te, gladius nec separat  
A Jesū, nec crux, vita, pericla, fame  
JOHANNE

# JOHANNES

¶ Ich wil zu meinem Vater geh.  
Sprach vermahls der verlohrne  
Als er jetzt wieder zu sich kam: Ach Vo  
Dis war sein heisser Gruß.  
Er / werther Freund / ging auch auf  
Allein weil recht aus Zwang Er wander  
So war der Rückgang desto ehe verrich  
Gott geb daß dieses Wiederkehren  
Gereichen mag zu seinen Ehren.

M.C.

**H**ungaria mens generosa Tibi, qvæ sper  
Rasorum stoltijure statuta gre  
Hæc animo pariter forri sprevére Boëmi  
Majores, linqunt arva domusqvæ si  
Qvos tamen hospitio exceptitunc florida  
Pannoniae, qvam nunc tristia fata p  
Majorum claras virtutes ritè seqyendc,  
Te quoqve majorum præmia digna  
Non Tibi lauta qvidem Claustru nunc fer  
Urgens cum Christo sæpe ferenda si

